SCHOLARES CLARISSIMI,

EXAMINIBUS, QUAE AD EORUM, QUI MAGISTRI NOMEN AC HONORES CONSEQUI STUDENT, DOCTRINAM EXPLORANDAM LEGE CONSTITUTA SUNT, CUM LAUDE SUPERATIS, NOS ADIISTIS DESIDERANTES, UT VOS EO HONORE IN HOC SOLEMNI CONSENSU ORNAREMUS.

PRIUS AUTEM FIDES EST DANDA, VOS TALES SEMPER FUTUROS, QUALES VOS ESSE IUBEBIT DIGNITAS, QUAM OBTINUERITIS, ET NOS VOS FORE SPERAMUS.

SPONDEBITIS IGITUR:

PRIMUM, VOS HUIUS UNIVERSITATIS, IN QUA MAGISTRI GRADUM ASCENDERITIS, PIAM PERPETUO MEMORIAM HABITUROS, EIUSQUE RES AC RATIONES, QUOAD POTERITIS, ADIUTUROS;

DEIN, HONOREM EUM, QUEM IN VOS COLLATURUS SUM, INTEGRUM INCOLUMEMQUE, SERVATUROS;

POSTREMO, DOCTRINAM IURIS, QUA VOS NUNC POLLETIS, IMPIGRO LABORE CULTUROS ET IN VITAE USUM ET COMMODA ITA CONVERSUROS, UT AEQUITAS IURIS AC IUDICII, QUA SALUS CIVITATIS CONTINETUR, QUANTUM IN VOBIS EST, SEMPER CONSERVETUR.

HAEC VOS EX ANIMI VESTRI SENTENTIA, SPONDEBITIS AC POLLICEBIMINI?

SPONDEO AC POLLICEOR.

ITAQUE IAM NIHIL IMPEDIT, QUOMINUS HONORES, QUOS OBTINERE CUPITIS, VOBIS IMPERTIAMUS.

ERGO EGO, PROMOTOR RITE CONSTITUTUS, VOS, EX DECRETO ORDINIS MEI, MAGISTROS CREO, CREATOS RENUNTIO, OMNIAQUE MAGISTRI IURA AC PRIVILEGIA IN VOS CONFERO. IN CUIUS REM FIDEM, HAEC DIPLOMATA UNIVERSITATIS CAROLINAE SIGILLO FIRMATA, VOBIS IN MANUS TRADO.

Vážení studenti,

poté co jste úspěšně složili zkoušky, které předepisuje zákon k ověření vzdělání těch, kteří usilují o dosažení hodnosti a titulu magistra, předstupujete před nás s přáním, abychom vám tento titul na tomto slavnostním shromáždění udělili.

Dříve je však třeba složit slib, že budete vždy jednat v souladu s tím, jak vám tato hodnost, které jste dosáhli, ukládá, a jak od vás očekáváme.

Slíbíte tedy:

Zaprvé, že vždy budete tuto univerzitu, na níž jste dosáhli titulu magistr, chovat ve vděčné paměti a budete pomáhat jejím záležitostem a zájmům, nakolik budete moci.

Zadruhé, že tuto hodnost, již vám záhy udělím, zachováte neporušenou a bez poskvrny.

Konečně, že znalost práva, kterou nyní vládnete, budete neúnavnou prací dále rozvíjet a její praktické využití a výhody budete uplatňovat tak, aby byla rovnost práva a spravedlnost úsudku, v nichž spočívá blaho státu, vždy zachovávána, nakolik jen to bude ve vašich silách.

Jste upřímně rozhodnuti složit tento slib a přísahat?

Slibuji a přísahám.

Nyní tedy nic nebrání tomu, abychom vám udělili titul, který si přejete získat.

Tedy, já, řádně stanovený promotor, vás z moci svého úřadu činím magistry, prohlašuji, že jste jimi byli ustanoveni, a uděluji vám všechna práva a výsady této hodnosti. Na důkaz toho vám do rukou předávám tyto diplomy opatřené pečetí Univerzity Karlovy.